



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

An vestes cum pueris & infantibus creverint?

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

dum ætate adolescentes, ut laten-
tis incrementi facultatem daret, &
calcei, quos primum induissent &
pueri & adolescentes cum ex Ägypto
virtute Numinis educerentur, il-
lis crescentibus, etiam crescerent. Id
enim aliter fieri non potuit, nisi
puerorum & adolescentium calcei
cum ipsis pedibus crevissent. Non
mihi latet, quid vir illustris Hugo
Grotius notarit: *Non tantum non*
attrita fuisse, sed & cum statura cre-
visse vestimenta, tradunt Hebræi.
Id quidem verum est tradere He-
bræos cum ipsis pueris & adole-
scientibus vestimenta & calceos cre-
visse, uti Midrasch in hæc verba
Cantici: Odor vestium tuarum sicut Midras. in
Can. 4. 11.
odor Libani, pluribus agit de Israe-
litarum vestibus in deserto, & ad
eam quæstionem an pueris & ado-
lescentibus vestes quoque simul
creverint, ita respondet:
צָא וְלִמְדֹ מַן: חַלּוֹן שֶׁכְלָן זָמֵן שְׁחָא נְדָל נְרָחִקְנוּ גַּדְלָעֲשָׂו
Egredere, & disce à chilzon, h. e.
cochlea, quod quandiu crescit, etiam
theca ejus crescit cum eo, quasi ea-
dem ratione una cum pueris &
adolescentibus vestes crevissent,
quemadmodum cum cochleis
conchæ

Gröt. ad
Deut. 8. 4.

376 De CALCEIS HEBRÆOR.

conchæ crescunt, quod quidem non tantum in terrestribus vide-
mus, verum etiam in marinis, & in cochlea purpurea maxime,
quarum incrementum singulis annis
per orbes patet, ita ut, cum sex
aut septem annos vivat, tot orbes
habeat quot annos agit, uti refe-

Arist. Hist. runt Aristoteles & Plinius. Sed
Animal. quis non videt hoc Rabbinorum
l. 5. c. 15. esse somnium, qualia multa fin-
Plin. lib. 9. cap. 36. gunt nugaces magistri, de quo Ho-
ratius diceret

— Credat hoc Iudæus Apella,
Non ego. —

Quis quæso sibi persuadebit, nisi
vim faciat suo ingenio, cum pue-
ris & adolescentibus vestes & cal-
ceos crevisse, uti cum cochleis
conchæ? A vetulis hæc narrari
possunt pueris ut eos trahant in
admirationem, à viris merito ex-
fibilantur. Profecto neminem re-
periri arbitror hominem non puti-
dum, qui hæc non damnet modo,
sed commenti tam inepti auctores
tanquam fatuos & nullius judicij
homines irrideat. Ut mirer virum
illustrem Hugonem Grotium has
futiles